



CLARISSIMIS RESTITVTIONIS  
universi Phosphoris, illuminatis.

ROSEAE CRVCIS FRA-  
TRIBUS UNANIMIS:

Gratia & pax multiplicetur, cum firma & per-  
petua protectione Divina.

**Q**uoniam in Silesiam venissem anno communis erae Chri-  
stianorum 1597. nihil mihi potius fuit, quam ut Io-  
hannem Montanum Strigoniensem convenirem; &  
celebri hominis permotus fama, & maxime quod  
illa Theophrasti Hohenheimensis scripta, qua medi-  
cinam tractantibus maximo usui esse judicabam, ex illius Bi-  
bliotheca in publicum prodijisset perspicerem. Ab illo autem hu-  
maniter acceptus adventus causam exposui. Quumque multa  
hinc inde jactarentur sermones, ad Heliæ Artista mentionem  
tandem delati, interrogavi existimaretne in vivis esse Heliã  
illũ Theophrastũ, à quo omnium scientiarũ & artium, maxi-  
mè verò Chemia & medicina restitutio speraretur? Liberius  
hic suã sententiam professus, assèverãter dixit, & in vivis esse  
Heliã illũ, de quo Theophrastus talia vaticinatur, nec adeo diu  
illã restitutionem expectandã; sed utrũ ab uno aliquo viro, an  
unanimi pluriũ consensu faciẽda esset illa restitutio clam me  
habuit. Multa aut in super addidit divinus ille vir, qua ne in  
aurẽ quidẽ susurrare licet, nisi illius, qui ad ultimã sui abne-  
gationẽ adnititur. Et quamvis iniuriã quorundã inceptum  
meũ frustra esset, quod medicina relictis studijs aliã vitã viã  
iniri coactus sum: tamẽ quantum victus, & professionis meæ  
ratio pateretur; omni animi impetu in rerũ cognitionẽ fere-  
bar: & si quid subsidij aut ex scriptis aliorũ, aut propriis co-  
natib. nanciscebar, eò omnia referebã. Opera namque Domini  
magna sunt, quasita omnib. volentib. ea Ps. III. 2. Et hãc nega-  
tionẽ malã dedit Deus filijs Adami, ad affligẽdũ se in ea. Eccl.  
1. 13. Post aliquos annos, apparuit sub nomine Heliophili à Percis  
disquisitio quadã de Heliã Artista: in qua etsi auctor disertè  
quidẽ & nervosè, duorum Iesuitarũ inanes metallica metamor-

*Heliã Artista*

Nnn 4 pho-